



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Christiana Institvtio Virtutum & vitiorum sacri uerbi Dei  
declamatoribus admodum vtilis et necessaria**

**Ammiani, Sebastiano**

**Venetiis, 1562**

Quidam non audiunt dominum clamantem propter quatuor.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-30415**

Quarto, quia angelos lætificat. Luc. 15. Gaudium est angelis dei super uno peccatore pænitentiam agente, &c. Quinto, quia per pænitentiam de pœnis inferni liberamur. Vnde Bernardus. Credat mihi crucis amator, iam non lædetur à morte secunda si in hac uita usus fuerit tali medicina, scilicet pænitentia.

Luc. 15

Bernar.

*Querendus est Dominus tribus modis.*

**P**rimo, cum intentionis simplicitate. Sa. 1. In simplicitate querite illum. Secundo, cum festinatione, antequam transeat tempus, in quo potest inueniri. Ideo dicebat Isaias. Querite dominum dum inueniri potest, &c. Tertio cum perseverantia sine cessatione. Psal. Querite faciem eius seper. Vnde Bern. Nihil aliud expectat, nihil querit deus, nisi ut sedule, & cum desiderio q̄ratur.

Sap. 1

Isa. 55

Psal. 104

Bernar.

*Quidam non audiunt Dominum clamantem propter quatuor.*

**A**ut, quia longe sunt per desperationem. Ideo in Canticis Canticorum monetur ad

Cant. 6

R.



CHRISTIANA

reuerfionem. Reueterere, reuertere  
 Sunamitis, ut intueamur te, &c. Aut  
**Prou, 6** quia nimis fecurè dormiunt per pra-  
 sumptionem. Prou. Vsq̄ue quo dormi-  
 piger, &c. Aut quia obcurate sunt  
**Pfa, 57.** aures eorum per abundantiam diuina-  
 rum. Vnde Pfa. Non exaudiet uocē  
 incantantium, & uenefici incantatio-  
**Eze, 3,** nē sapienter. Aut quia sunt mala societa-  
 te sociati. Ezech. filii hominis incredi-  
 li & subuerfores sunt tecum, &c.

*Relinquere debemus tria.*

**Luc. 18** **P**rimo, res temporales. prope-  
 rea dicebat Dominus. Siquis  
 non reliquerit omnia, que  
 Possidet, non potest meus esse disci-  
**Mat, 10** pulus, &c. Secundo, Parentes. Mat.  
 decimo. Siquis uenit ad me, & non  
 odit patrem suum, & matrem suam,  
 &c. Tertio, propriam uolunta-  
**Luc. 9.** tem. Luc. nono. Qui uult uenire  
 post me, abneget semetipsum & tol-  
**Grego,** lat crucem suam & sequatur me,  
 &c. Vnde D. Gregorius. Qui  
 perfecte deo placere desi-  
 siderat, sibi de se ni-  
 hil derelin-  
 quat.